

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I. U. D. & Profess. Ad Exequias Quas ... Dn. Nicolao Scharfenbergio, I. U. D. Consuli Reipub. Rostochiensis gravissimo, Marito suo desideratißimo Vidua moestißima paratas cupit; Omnes omnium ordinum Cives Academicos amice atq[ue] officiose invitat

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777433451>

Druck Freier  Zugang



Schütze, N.,
in
Nic. Scharfenberg.

Rost. 1651.

43



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433451/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433451/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433451/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433451/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433451/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433451/phys_0004)

DFG

24.

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
NICOLAUS Schütze J.U.D.
& Profess.
AD EXEQUIAS
QUAS
Viro Amplissimo atq; Consultissimo
D N. NICOLAO
SCHARFENBERGIO,
J. U. D. Consuli Reipub. Rostochi-
ensis gravissimo,
Marito suo desideratissimo
Vidua mestissima
paratas cupit;
Omnes omnium ordinum Cives
Academicos amicè atq; officiosè
invitati
1650
ROSTOCHIA,
Typis NICOLAI KILII, Acad, Typogr.
ANNO M; DC. LI.





Mnes una manet nos, & exalanda semel via
letbi ait poëta: neque mortaliū quis-
quam est, qui non nativitate ipsa veluti
contestatus sit finem. Unde initium à fine
pendere signanter dixit Manilius:

*Nascentes morimur, finisq; ab origine
pendet. Qui versus apud veteres magnæ aestimationis
fuit, adeò ut Monumento suo inscriberet eum Camillus
Aquilius, homo Romanus & eruditissimus, ut ex hoc
ejus sepulcri Epigrammate perspicitur. D. M. C A M I L-
L U S. A Q U I L I U S. S E. V I V O. S C R I B I. F U S S I T. S I C
N O N. F U I. D E I N D E. F U I. M O D O. N O N. S U M. A D S P I C E;
Q U A M. S U B I T O. M A R C E T. Q U O D. F L O R U I T.
A N T E. A D S P I C E. Q U A M. S U B I T O. Q U O D. S T E T I T.
A N T E. C A D I T. N A S C E N T E S. M O R I M U R. F I N I S-
Q U E. A B. O R I G I N E. P E N D E T. I L L A. E A D E M.
V I T A M. Q U E. I N C H O A T. H O R A. R A P I T. Simili
doctrinā capiendus ille Sillii Italici locus:*

— Cunctis stat terminus ævi,

Extremumq; diem primus culte.

Sienim fieri posset, vel ipsi vitæ mors inhæreret,
adeò certa atque indubitata ea est. Quisquis enim ad
vitam editur, ad mortem destinatur. Omnes eadem
conditio devinxit, cui nasci contigit, velut datâ syn-
graphâ aut pignore, mori restat, ubicunq; etiam illud,
vel quandocunque contingat. Ut igitur lex hæc uni-
versi est, & omnes natos alligat, ita eidem & satisfacere
debuit amplissimus Consul NICOLAUS SCHARF-
PENBERGIUS, vir antiquâ virtute & fide: Neque
enim mors peñi habuit, quod civitatis gubernacula
tenebat, quod in Reipublicæ administratione, & qui-
dem publici consiliu principatu occupatissimus juxta-

ac industrius singulariter erat. Epaminundam quidem,
viro præstante circa Leuctricæ pugnæ tempus morbo
extincto, joco dixisse accepimus : ὁ Ηρακλεῖς τῶς εἰχόλα-
τεν ἀνὴρ δοῦλος εὐ περέστις πεάγματος; Dii boni, quomodo
in tantis negotiis vacavit huic viro morte obire? At Phi-
losophus recte: vita festinat, ait, mors aderit, cui velis
nolis vacandum est. Fatalis dies violenter accedit
Quod sivero senex in domo, ut vetus habet verbū, bonū
signum est in domo : si in Republica sæpe plus valeat
Senis umbra, quam juvenis machæra: non potest certè
multum damni non accepisse domus S C H A R F E N-
B E R G I A , nec jacturam fecisse omnino nullam opida-
na Curia, quæ canis hac tempestate consiliis & veterana
robustaque auctoritate maximè indiget. Sed quemad-
modum cætera bona eâ lege nostro generi concedit
Deus, ut reddantur olim, qui dedit : sic nobis nec isto
tām utili viro perpetuò frui licuit. Cum igitur in no-
stra manu non sit mutare atque corrigere quod Deo vi-
sum est, reprehendere autem ac deculpare manifestæ
impietatis sit, veneremur potius bonitatem indulgen-
tissimi Patris. ut ipse sarcire quod fecimus damnum, ipse
Civitati huic prospicere, ipse de successore novo co-
gitare velit, qui fortissimis consilii prudentiæque hume-
ris ad gravissimam hujus afflictissimæ Reipublicæ mo-
lem velut Atlas quidam sustinendam in partes veniat.
Sufficiat in ejus locum veræ pietatis & religionis aman-
tem, qui non ad opinionem aliorum, neque ad vanam
gloriam respiciat, sed id agat sedulò, ut potius sit quam
videatur pius. Eligat Curium, quem dona & munera
non labefactent. Qui venalis, venalem Rempublicam
circumfert. Substituat eum, qui sui potens legem sibi di-
cat, & ebullientes quandoq; affectus tanquam fluctus
quosdam, reprimat ac refrænet, quem non odium exar-
cerbet;

Cerbet, non ira, non amicitia à recto tramite seducat; misericordia à justitia & debitâ severitate revocet. Salustianus ille Cæsar, quem in sago mundus horruit, in toga amavit: Omnes, inquit, homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atq; misericordiâ vacuos esse decet. Malè cuncta ministrat Impetus, & stimulat non raro privati odii pertinacia in publicum exitium. Resarciat jacturam tali viro, in cuius animo avaritiae monstrum sedem non fixit. Nam,

— quæ reverentia legum.

Quis metus aut pudor est unquam properantis avaritiae? Reddat eum qui *SALUTEM REIPUBLICÆ PRO SUPREMA LEGE* semper habeat; verbo, reddat is *SCHARFENBERGIO* non absimilem. Sed Deo curæ erimus, in cuius bonitate immensa acquiescere, pietatis est: Interim quæ *SCHARFENBERGIO* nostro supra debemus officia, libenter & sedulò (cum huc necessitatis simus adacti) exhibebimus. Prodiit igitur in lucem d. IV. Novemb. anno 1715. id. LXXXVIII. patrem nactus virum amplissimum & consultissimum Dn. D. BERNHARDUM Consulē Reipub. Rostochiensis Seniorem, singulari prudenter & morum integritate; matrem *AGNETAM* Beselins/ ex perpetuas *SCHMIDIORUM* & *HASELBECKORUM* familia oriundam, fæminam rari exempli. Utque ingenti & singulari indole, quæ se celeriter prodidit, natus erat, ita mature imbutus feliciter literis & institutus est domi. Sed mox adultior, ut cultum majorem assumeret, Rectori Scholæ opidanæ M. PAULO TARNOVIO, post SS. Theol. Doctori in disciplinam traditus est. Sub hoc publico & M. JOANNE VATHIO, post Ecclesiæ Neo-Brandenburgensis Pastore fidelissimo, privato præceptore conatus maximis & omni contentione nervorum, præter Latinam Græcamq; exuditionem non Logicæ tantum atque

atque Rheticæ tirocinia, sed rudimenta quædam Philosophiæ etiam fortunatissimis auspiciis excepit. Cum igitur his literis artibusq; præclarè instruxisset pectus, tum demum ad Jurisprudentiā, in qua vitæ tabernaculū collocare, & in cujus quasi sinu conquiescere decreverat, applicandum animum censuit: eamque ex D. ERNESTO COTHMANNO & D. THOMA LINDEMANNO celeberrimis Themidos Antistitibus per trienniū adeò feliciter hauferat, ut Præside D. LINDEMANNODE DOTIBUS publicè disputare magnâ cum laude posset, & ipsi Academiæ patres diligentiā, studium, ac probitatē juvenis, tum excellētissimam indolem & collaudarent summopere, & omni affectu complecterentur. His fundamentis positis cum superstruxisset ejus molis partem, quam deformarat apud animum, cupiditas ipsum proficiscendi extra patriam incessit. Partim ut exornaret, quæ structa hacētēnus, partim ut adjiceret, quæ videbantur decesse. Anno igitur c. 15. 15. x. cum esset annorū duo & viginti Jenam concessit, ubi per biennium commoratus cæptum studii legalis cursum laudabiliter continuavit. At quia minus prosperā valetudine inibi utebatur, consilio Medicorum Lipsiam contendit, ubi cum aliis doctissimis hominibus tum ROMANO JCTO præstantissimo, qui id temporis in Academia è superiore loco docebat, ingeniī simul & eruditioñis præstantiam mirificè probavit. Inde Francofurtum ad Mænum digressus, hinc Argentoratum, Basileam Rauracorum & Genovam se contulit, perlustratisq; Galliis, imprimis Lytetiā, urbe totius Galliæ primariā, Gennabo, Monte Pessulano in Angliam transfretavit, visisq; Londinio, Oxonio, Cantabrigia aliisque magnificentissimis opidis in Belgium trajecit. Hic posteaquam notatu dignissima rite observasset, in patriam hanc suam rediit. Et quia pectus itinerum.

A. 3

vitaq;

vitæque cælibis rerum ac fortunarum suarum sedem
certo loco collocare constituerat, animum ad rem uxo-
riam hortatu Suorum adjecit. & matrimonio sibi anno
cic. 15c. XV. junxit ANNAM Gulen, Virginem honestis-
simam, ex celeberrimâ KIRCHOVIORUM familia
oriundam. Cum qua annos vixit duos & viginti sine
jurgio & offensa, ex eaque quinques pater tres filios &
duas fæmellas sustulit. Majores natu ex utroque sexu
diem suum jam olim obiere. Supersunt BERNHAR-
DUS BALTHASAR qui præfens obitum Parentis sui
desideratissimi veris atque amarissimis lacrymis prose-
quitur: & NICOLAUS ERNESTVS, Prætoriano-
rum quos Serenissimus Elector Brandenburgicus Min-
dæ habet, Capitaneus: itemque SOPHIA quæ viro ad-
modum reverendo atque clarissimo Dn. JOANNI
QVISTORPIO SS. Theol. D. & Professori, atque ad
B. Jacobi Ecclesiastæ bene merenti. Collegæ nostro ami-
cissimo nupta Nostrum non ignobili prole reddidit
Avum. Soluto priore matrimonio, excessu optimæ &
amantissimæ conjugis, cum domum ducenda alia esset,
quæ regendæ familiæ atque domesticæ rei, quæ educan-
dis liberis, dum ipse officii partibus fungitur, præficere-
tur, postquam viduvi molestias per biennium & quod
excurrit sustinuerit, ad secunda vota transit, copulans
sibi nobilissimam & florentissimam virginem ANGELAM
reverendi & nobilissimi doctissimiq; viri Dn. CON-
RADI ZOLNERI Capituli Lubecensis Canonici
filiam. Quicam undecim quasi annos summâ concor-
diâ suavissimèque, licet sine prole, exegit. Cum enim
ipsa marijum sedulò coleret, ad ejus nutum se totam
compararet, è publico venienti curas & molestias pla-
cido sermone abstergeret, rem domesticam singulari
industria administraret; ille verò uxorem mutuo amore
com-

complectetur, haud aliter fieri potuit, quām ut perpe-
tua inter illos concordia vigeret, quā nullum optabilius
bonum conjugibus evenire potest. Anno c. 12. 15c. XVII.
Juris Professor extraordinarius ab amplissimo ordine
constitutus est, cūm ante Doctoris gradum solenniter
assumisset. Quo munere quantā cum laude, quā legē
do ac disputando, functus sit, publicē constat. Anno
c. 12. 15c. XXVI. ad Senatoriam dignitatem evectus est,
quod munus ita sibi commendatū habuit, ut ad salutem
publicam tanquam ad legitimam metam cuncta dirige-
ret. Cumq; prudentia ejus atq; integritas etiam foris in-
notuisset, & in oculos, in aures, in sermones hominum
fesse diffudisset, inter Consiliarios ipsum adlegit Serenis-
sima Danorum Regina SOPHIA, quod accidit anno
c. 12. 15c. XXVII. De hinc amplissimus Senatus SCHAR-
FENBERGIVM nostrum maximo consensu & mirificā
gratulatione totius urbis Consulē declaravit. Noverat
quidem arduam rem esse Reipub. clavum cum laude te-
nere: & ita arduam, ut nemo unquam inventus sit, qui
ab omnibus gratiam inire, laudem mereri potuerit: quo-
circa & Aeschynes olim lētabatur se liberatum ab Atticā
Republica tanquam à rabiosā cane: SCHARFEN-
BERGIVS tamen noster noluit refragari Deo, qui hanc
mentem amplissimo Senatui inspirasset, ut eum prae reli-
quis ad hanc dignitatem evchendum judicaret. In Con-
sulatu, quem per annos XX, æquè ac Parens ejus lauda-
biliter administravit, nihil unquam ei tām grave, tām
molestem, tām difficile erat, quod ille non pro incolu-
mitate publica libenter susciperet, cuius procurandi
gratiā difficillimis etiam temporibus molestissimas le-
gationes obire non recusavit. Missus fuit anno c. 12. 15c.
XXXI. ad illustrissimum Comitem JOANNEM TIL-
LIVM summum in Germania pro Ferdinando II.
Caſare.

Cæsare & Catholicis Principibus Belli ducem : anno 113. 13e,
xxxii. Norimbergam ad invictissimum Suecorum Regem GUSTAVUM.
Ablegatus fuit aliquoties, ut publico bono consuleret, ad Serenissimum
Danorum Regem CHRISTIANUM IV. gloriissimæ recordationis,
& ante tres demum annos ad hodiernum Danorum Regem Serenissi-
mum FRIDERICUM III. A quibus omnibus si non semper plenam pa-
tria salutem obtinere valuit, id operam tamen dedit, ut malum aliquod
averteret. Erat velut Argus aliquis in omnia intentus, nunquam, etiam
serena tempestate, oculos à clavo dimovet, & quos mente habebat re-
conditos salutarium consiliorum thesauros, quoties opus erat, bono pu-
blico candide depremebat. Assessoris in Judicio Provinciali partes diver-
sis temporibus bis sustinuit, iisq; laudabiliter satisfecit. Ante quatuor
quasi hebdomadas malè habere cepit: & quia senectus perse ipsa mor-
bus, & nunquam nimis longè à morte abest, eas vires acquisivit malum,
ut nullæ medicamentorū, quæ assatim suppeterant, virtutes pares essent.
Itaq; cùm facile animadverteret jam non procul abesse ultimam illam
gerum humanarum lineam, de anima rite procuranda serio cogitare ce-
pit. Itaq; accessito ministro verbi peccata sua, ex animo superiis dolens,
confessus, & mox salutari illa ac verè divinā dape corporis & sanguinis
Dominici pastus & recreatus est. Non dubitanco se nunc instructum
viatico, ut in hoc novissimo suo itinere minimè deficere posse videre-
tur. Etsi verò vires quotidie magis magisq; imminuebantur, animus ta-
men usq; ad extremum spiritum fortis & obscuratus duravit, donec tam-
dem è corporis domicilio, in quo annos sexaginta & tres tanquam hospes
præstantissimus commoratus fuerat, die ultimo Novemb. circa septimā
& octavam vespertinoam ad beatorū sedes placidissimè evolavit. Qui re-
miniscitur atq; perpendit secum virtutes ac merita viri, intelligit facile,
quod damnum, quam jacturam fecerit Respublica hæc amissione tanti
viri, quem Senatus columen & totius urbis quasi fulcrum fuisse ipselivor
fatetur. Sed ferre mortales mortalia decet. Satius est, ut illius immortali
bono lætemur, quam rebus humanis exemptum non profuturis lacrymis
lugeamus, ne majorem ex nostra calamitate dolorem, quam ex ejus be-
attitudine lætitiam cepisse videamus.

Nunc autem cùm Consulis nostri componendum funus sit, agite,
CIVES ACADEMICI, & dignam reddite vicem tām diuturnis & maxi-
mis ejus meritis, virtiq; ganti exequias omni offici genere prolixè &
promte exequimini. Quod ut faciatis, vos sedulò nunc monemus &
adhortamur. P. P. d. VIII. Decemb. Anno 113. ID. LI.

Conventus fiet in æde B. Virginis sacrâ ad H. I. pomeridianam


Carmi



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn777433451/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433451/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn777433451/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433451/phys_0015)


DFG



Inclita si calcare patris vestigia, primus
 Est virtute annos antevenire, decus;
 Si laudem Doctrina aliquam laudata me
 Et constans veræ religionis amor:
 Nulla recusare ob Patriam discrimina, n
 Dum vires, frangi est gloria mole, si
 Publica privatis præponere, spernere c
 Dona, Magistratus testis est arrha pi
 Et tandem gelidam mortem si mente qu
 Expectare, omnis summa caputq; b
SCHARFENBERG quis te vitam feliciu
 Quem Schola, Religio & Curia nost
 Ah! qui non paucos magna cum laude p
 Et fructu Patriæ præluit Ecce! cadit.
 Hinc S C A R F E N B E R G I, tua laus
 que manebunt,
 Achonor usq; viget, gloria, fama vig
 Donec erunt pietas, doctrina, modestia,
 Quæ nullo extinguet turba maligna
 Et quamvis tellus habeat nunc putre ca
 Mens tamen in cœlis vivit amata De
 Quæ Christi quoq; sub reditu, cū corpo
 Vivet, & absq; ullo gaudia fine ferer
 Joannes Bacmeister, M

Euratis amissò fluit at sine lege magistro,
 Cum turbæ tremulum sevior aura salutis

v 3



the scale towards document